 per circuitum gerare. Gravis quippe cum
 deos terror inuaserat. Et diripue
 runt vites et multam predam asporta
 uerunt. sed et caulas ouium destru
 entes. tulerunt pecorum infinitam multi
 tudinem et camelorum reuersique sunt
 in iherusalem. **Ca. xv.**

Azarias autem filius obed factus
 in se spiritu dei egressus est in oc
 cursu asa et dixit ei. Audite me asa
 et omnis iuda et beniamin. Dominus
 vobiscum quod fuistis cum eo. Si quies
 citis eum inuicetis. Si autem derelique
 ritis derelinquet vos. Transibunt
 autem multi dies in israel absque deo vero
 et absque sacerdote absque doctoreque
 et absque lege. Cumque reuersi fuerint
 in angustia sua ad dominum deum israel
 et quiescerint eum reperiet eum. In tem
 po illo non erit pax egredienti egredienti
 sed terrores vndique in ciuitatibus habita
 toribus terrarum. Pugnet enim gens
 contra gentem et ciuitas contra ciuitatem
 quod dominus perturbabit eos in omni angu
 stia. Vos ergo confortamini et non
 dissoluant manus vestre erit enim
 merces operi vestro. Quod cum audisset
 asa verba scripte et prophetie azarie filij
 obed prophete confortatus est et abstulit
 ydola de omni terra iuda et de be
 niamin et ex vrbibus quas ceperat
 motis ephraim et dedicauit alta
 re domini quod erat ante portam domini egre
 gavitque vniuersum iudam et beniamin

et aduenas cum eis de ephraim et manasse et de symeon. **P**hures enim ad eum confugerant ex israel: videtes quod dominus deus illius esset cum eo. Cumque venissent in iherusalem mense tertio: anno decimo quinto regni asa: imolauerunt domino in die illa de manubiis et predam quam adduxerant: boues septingentos. et arietes septem milia: et intravit ex more ad corroborandum fedus: ut quererent dominum deum patrum suorum in toto corde et in tota anima sua. Si quis autem inquit non quaerit dominum deum israel: morietur a minimo usque ad maximum a viro usque ad mulierem. **I**uraueruntque domino voce magna in iubilo et in clangore tubae et in sonitu buccinarum omnes qui erant in iuda cum exsecratione. **I**n omni enim corde suo iurauerunt et in tota voluntate quaesierunt eum et inuenerunt. **P**restititque eis dominus requiem per circuitum. **S**ed et maachabam matrem asa regis ex augusto deposuit imperio: eo quod fecisset in hunc simulachrum priapi quod omne contrivit et in frustra comminuens conturbavit in torrente cedron. **E**xelsa autem derelicta sunt in israel. **A**ttamen cor asa erat perfectum cunctis diebus eius. **E**aque que voverat pater suus et ipse intulit in domum domini: argentum et aurum vasorumque diversarum suppellectile. **B**ellum vero non fuit usque ad tricesimum annum regni asa. **Ca. xvi.**

Anno autem tricesimo sexto regni eius ascendit baasa rex israel in iudam et muro circumdabat rama ut nullus tunc possit egredi et ingredi de regno asa. **P**rotulit autem asa argentum et aurum de thesauris domus domini et de thesauris regis: misitque ad benadab regem syrie qui habebat in damasco dicens.

Fedus inter me et te est. **P**aterque meus et pater tuus habuerunt concordiam. **Q**uod obrem misi tibi argentum et aurum: ut cupito federe quod habes cum baasa rege israel facias eum a me recedere. **Q**uo opto benadab misit principes exercitus suorum ad urbes israel: qui percusserunt abio et dan et belmaim et universas urbes muratas. **Q**uod cum audisset baasa desivit edificare rama et intermisit operum suum. **P**orro asa rex assumpsit universum iudam et tulerunt lapides de rama et ligna que edificacionem praeparaverat baasa: edificavitque ex eis gabaa et maspha. **I**n tempore illo venit ananias propheta ad asam regem iuda et dixit ei. **Q**uia habuisti fiduciam in rege syrie et non in domino deo tuo: idcirco euasit syrie regis exercitus de manu tua. **N**onne ethiopes et libies multo plures erant quam drigis et equi bala et multitudinem nimiam quam in domino credidisses tradidit in manum tuam. **O**culi enim domini contemplantur universam terram et praebet fortitudinem hijs qui corde perfecto credunt in eum. **S**tulte igitur egisti et propter hoc esse praesenti tempore aduersum te bellum surgent. **I**ratulque asa aduersus videtem iussit eum mitti in neruum. **V**alde quippe super hoc fueat dominus indignatus et interfecit de populo in tempore illo plurimos. **O**pera autem asa prima et novissima scripta sunt in libro regum iuda et israel. **E**grotavit etiam asa anno tricesimonono regni sui dolore pedum vehementissimo: et nec in infirmitate sua quaesivit dominum: sed magis in medicorum arte confusus est. **D**ormiuitque cum patribus suis et mortuus est anno quadragesimo

primo regni sui et sepelierunt eum in sepulchro suo quod fecerat sibi in ciuitate dauid. **P**osueruntque eum super lectulum suum plenum aromatibus et unguentis meretricibus que erant pigmentarioque arte confecta et obusserunt super eum abiectione nimia. **Ca. xvij.**

Regnauit autem iosaphat filius eius pro eo et inualuit contra israel. Constituitque militum numeros in ciuitatibus iuda que erant val late muris presidiaque disposuit in terra iuda et in ciuitatibus ephraim quas cepit a saul patre eius. **E**t fuit dominus cum iosaphat quod ambulauit in uis dauid patris sui promissis et non sperauit in baalim sed in deo patris sui et prexit in preceptis illius et non inuita peccata israel. **C**onfirmavitque dominus regnum in manu eius et dedit omnes iudamunera iosaphat factaque sunt ei infinite diuitie et multa gloria. Cumque superflisset cor eius audacia et per vias domini etiam excelsa et lucos de iuda abstulit. **T**ertio autem anno regni sui misit de principibus suis benail et obdiaz et zacharia et nathanael et michea ut docerent in ciuitatibus iuda et cum eis leuitas seimeiam et nathania et zabadiam asabelque et semiramoth et ionathan adoniaque et thobia et thoba domina leuitas et cum eis elisama et ioram sacerdotes. **D**ocebantque populum in iuda habentes libros legis domini et circuibant ciuitates iuda atque erudiebant populum. **I**tag factus est pauper dominus super omnia regna terrarum que erant per gyrum iuda nec audebant bellare contra iosaphat. **S**ed et philistei iosaphat munera deferrebant et redigal argenti. **A**rabesque

abducebant pro arietum septem milia septingentos et hircos totidem. **C**reuit ergo iosaphat et magnificatus est usque in sublimem atque edificauit in iuda domos ad instar turrium urbesque muratas et multa opera patrauit in urbibus iuda. **V**iri quoque bellatores et robusti erant in iherusalem quippe iste numerus per domos atque familias singulorum. **I**n iuda princeps exercebat ednas dux et cum eo robustissimorum viri trecenta milia. **P**ost hunc iohanan princeps et cum eo ducenta octoginta milia. **P**ost illumque amasias filius sechri consecutus domino et cum eo ducenta milia virorum fortium. **H**unc sequebatur robustus ad philia elia da et cum eo tenentium arcum et dapeum ducenta milia. **P**ost istum etiam iosabab et cum eo centum octoginta milia expeditorum militum. **H**ij omnes erant ad manum regis exceptis alijs quos posuerat in urbibus muratis et in vniuerso iuda. **V**it ergo iosaphat **Ca. xviii.** phat diues et inditus multum et affinitate coniunctus est achab descenditque per annos ad eum in samariam. **A**d cuius aduentum mactauit achab arietes et boues plurimos ipsi et populo que venerat cum eo persuasitque illi ut ascenderet in ramoth galaad. **D**ixitque achab rex israel ad iosaphat regem iuda. **V**eni me cum in ramoth galaad. **C**ui ille respondit. **V**t ego et tu sicut populus tuus sic et populus meus tecumque erimus in bello. **D**ixit iosaphat ad regem israel. **C**onsule obsecro in prophetarum sermonem domini. **C**ongregauit igitur rex israel prophetarum que bringentos viros et dixit ad eos.

In ramoth galaad ad tellandū
ire debem⁹ an q̄scere. **A**t illi ascē
de inquit a tradet d⁹ in manu re
gis. **D**ixitq; iosaphat. **N**ūq̄d nō
est hic p̄phetes dñi ut ab illo etiā
regrā⁹. **E**t ait rex isrl ad iosā
phat. **E**st vir vn⁹ a quo possum⁹
querē dñi volūtātē. s; ego odi eū
q̄ nō p̄phetat m̄hi bonū s; malū
om̄i tēpore. **E**st autē micheas fili⁹
iemla. **D**ixitq; iosaphat. **N**e loq̄
ris rex hoc modo. **V**ocauit ergo
rex isrl vnū de eunuchis et dixit
ei. **V**oca cito micheā filiū iemla.
Porro rex isrl et iosaphat rex iu
da: vterq; sedebāt in solio suo: ve
stiti cultu regio. **S**edebāt autē in
area iux̄ portā samarie oēs q; p̄phe
te vaticinabātur corāz eis. **S**ede
chias vero fili⁹ chananā fecit si
bi cornua ferrea a ait. **H**ec dic̄ dō
min⁹. **H**is ventilabis syriam dō
nec oterās eaz. **O**ēs q; p̄phe simili
ter p̄phetabant atq; dicebāt. **A**scē
de in ramoth galaad a p̄sperate
ris a tradet eos dñs in manu re
gis. **N**unci⁹ autē q̄ ierat ad vocā
dū micheaz ait illi. **E**n verba om̄i
p̄pharum vno ore bona regi anū
tiant. **Q**ueso ergo te ut a sermo
tuus ab eis nō dissentiat loq̄ris
q; p̄spera. **C**ui r̄ndit micheas. **V**i
uit dñs q̄ q̄d cūq; dixerit m̄hi
deus me⁹ hoc loquar. **V**enit ergo
ad regem. **C**ui rex ait. **M**ichea ire
debemus in ramoth galaad ad
telland an q̄scere. **C**ui ille r̄ndit
Ascendite. cūda enī p̄spera euem̄
ent a tradētur hostes in man⁹ ve
stras. **D**ixitq; rex. **I**tey atq; iterū
te adiuro ut m̄hi nō loq̄ris nisi
q̄d verū est in nomie dñi. **A**t ille

ait. **V**idi vniuersū isrl disp̄sum i
montib⁹ sicut oues absq; pasto
re. **E**t dixit dñs. **N**on habēt isti dō
minos: r̄uertat vn⁹ q̄sq; in domū
suam in pace. **E**t ait rex isrl ad io
saphat. **N**onne dixi tibi q̄ non p̄
phetar⁹ iste m̄ quicq; boni. s; ea q̄
mala sūt. **A**t ille idcirco ait audi
te verbuz domi. **V**idi dñm sedētē
in solio suo a onem exercitum celi
assistētē ei a dextris a a sinistris
a dixit dñs. **Q**uis decipiet achab
ēgē isrl ut ascendat a corruat i ra
moth galaad. **C**ūq; dicēt vn⁹
hoc modo a alter alio: p̄cessit spi
ritus a stetit corā dño a ait. **E**go
decipiā eū. **C**ui dñs. **I**n quo inq̄t
decipies. **A**t ille r̄ndit. **E**gredia⁹
ero spūs mendax in ore om̄iū p̄
phetarū eius. **D**ixitq; dñs. **D**eci
pies a preualebis egredē a fac ita
Nūc igitur ecce dñs dedit spm̄ me
daci in ore om̄ium p̄phaz tuoz a
dñs locut⁹ est de te mala. **A**ccessit
autē sedechias fili⁹ chananā a p̄
cussit michee maxillaz a ait. **P**er
quā viam trāsiuit spūs dñi a me
ut loqueret tibi. **D**ixitq; miche
as. **T**u ipse videbis in die illo q̄n
ingressus fueris cubiculū de cubi
culo ut abscondaris. **P**recepit au
tē rex isrl dicens. **T**ollite micheā
a ducite eū ad amon p̄ncipē ciui
tatis a ad ioas filiū amalech et
dicetis. **H**ec dicit rex. **M**ittite hūc
i carcerē a date ei paīs modicū
a aq̄ pauxillū donec reuertat i pace
Dixitq; micheas. **S**i reuersus fueis i
pace si ē dñs locut⁹ i me. a ait. **A**u
dite oēs p̄pli. **I**ḡr ascēdit rex isrl a
iosaphat rex iuda in ramoth ga
laad dixitq; rex isrl ad iosaphat

Mutabo habitū et sic ad pugnam
vadā. tu autē induē vestib⁹ tuis
Mutatoq; rex isrl̄ habitu venit
ad bellū. Rex autē siriē p̄cepit du
cib⁹ equitat⁹ sui dicens. Ne pug
netis oīra minimū aut oīra max
imū nisi contē solū regem isrl̄. Ita
q; cū vidissent p̄ncipes eq̄tat⁹ io
saphat dixerūt. Rex isrl̄ ē iste. Et
circūdederūt eū dimicātes. At ille
clamauit ad dñm et auxiliatus ē
ei atq; auertit eos ab illo. Cū em̄
vidissent duces equitat⁹ qd nō es
set rex isrl̄ reliquerunt euz. Accidit
autē ut vn⁹ e populo sagittaz in i
certū iaceret et pcuteret regem isrl̄
in ceruicē et scapulas. At ille au
rige suo ait. Conūte manū tuaz et
educ me de acie qd vulneātus sū.
Et finita ē pug⁹ in die illo. Porro
rex isrl̄ stabat in curru suo cōn si
ros vsq; ad respaz et mortu⁹ ē occi
dēte sole. **Ca. xix.**

Reuersus ē autē iosaphat rex
iuda in domū suam pacifice
i iherl̄m. Cui occurrit iehu filius
anani videns et ait ad eū. Impio
prebes auxiliū et hīs q̄ oderūt do
minū amicitia iūgeris et idcirco
irā qdēz dñi merebais s; bona ope
ra inuēta sūt in te eo qd ab stuleis
lucos de terra iuda et p̄paueris
cor tuū ut requirēs dñm deū p̄m
tuoz. Habitauit ergo iosaphat
i iherl̄m. Rursūq; egressus ē ad po
pulū de bethsabee vsq; ad mōtem
ephrain et reuocauit eos ad dñz
deū p̄m suoz et constituitq; iudices
terre in ciuitatib⁹ iudā a mu
nitis p singula loca et p̄cipiēs iu
dicib⁹ videte ait qd faciatis. Nō
em̄ hoīs exerceatis iudiciū sed dñi

et quodcūq; iudicaueritis in vos
redūdabit. Sit timor dñi vobiscū
et cū diligētia cuncta facite. Nō ē
em̄ apud dñm deuz nēm iniquitas
nec psonaz acceptio nec cupido
muner⁹. In iherl̄m quoq; constituit
iosaphat leuitas et sacerdotes et
p̄ncipes familiar⁹ ex isrl̄ ut iudi
ciū et causā dñi iudicarent habi
tatoib⁹ ei⁹ p̄cepitq; eis dicēs. Sic
agētis in timore dñi fidelit⁹ et corde
p̄fecto. Oīem causā que veniet ad
vos fratru vestroz qui habitāt
in vrbib⁹ suis. in se cognacōem et
cognacōnē vbiūq; questio ē de
lege. de mādato. de ceremoniis. de
iustificacōib⁹ oīdite eis ut non
peccēt in dñm et ne veniat ira sup
vos et sup frēs vros. Sic ḡ agētēs
nō peccabitis. Amarias autē sac
dos et p̄tifer vester in hīs q̄ ad
deum p̄tinēt p̄stabit. Porro saba
bias fili⁹ ismahel q̄ ē dux i domo
iuda sup ea opa eit que ad regis
offitiū p̄tinent. Dabit⁹q; magi
stros leuitas et raz vobis cōferta
mini et agite diligēter et erit domi
n⁹ vobiscū in totis. **Ca. xx.**

Post hec congregati sunt filij
moab et filij amon et cū eis
de amonitis ad iosaphat ut pug
naret cōn eum. Venerūtq; nūci
et indicauerūt iosaphat dicētes.
Venit cōn te multitudo mag⁹ de
hīs locis q̄ trans mare sūt et de
siria et ecce cōsistūt in asafontha
mar q̄ est engadbi. Josaphat at
timore p̄terit⁹ totū se cōtulit ad
rogand⁹ dñm et p̄dicauit ieiuniū
vniūso iuda. Cōgregatusq; ē iu
das ad deprecand⁹ dñm s; et oēs de
vrbib⁹ suis venerūt ad obsecrād⁹

est. **C**ūq; stetisset iosaphat in me-
dio ceteri inde et iherusalem in domo do-
mi ante atrium nouum ait. **D**ñe deus
pater nostrorum tu es deus in celo et do-
minaris cunctis regnis gentium. **I**n
manu tua est fortitudo et potentia
nec quisq; tibi potest resistere. **N**on
ne tu deus noster interfecisti omnes
habitatores terre huius coram populo
tuo israel et dedisti eam semini abet
hanc amici tui in sepulcrum. **H**abi-
taueruntq; in ea et extruxerunt illa
sanctuarium nomini tuo dicentes. **S**i
irruerint super nos mala gladius
iudicii pestilentia et fames stabimur
coram domo hac in conspectu tuo: in
qua inuocatum est nomen tuum et da-
mabimur ad te in tribulationibus no-
stris et exaudies saluosq; facies.
Nunc igitur ecce filii ammon et mo-
ab et moab sequebantur per quos non concessisti
israel ut transirent quando egrediebatur
de egipto. sed dedit eum eis
et non interfecerunt illos. **E**contrario
agunt et mittunt eicere nos de posses-
sione quam tradidisti nobis deus noster. **E**r-
go non iudicabis eos. **I**n nobis q-
de non est tanta fortitudo ut possi-
mus huic multitudi resistere q- irru-
it super nos. sed cum ignoremus qd agere
debeamus hoc solum habemus residuum
ut oculos nostros dirigamus ad te.
Ois vero iuda stabat coram domi-
no cum puillis et uxoribus et liberis suis.
Erat autem iazibel filia zacharie
filii banaie. filii iehiel. filii ma-
thanie leuites de filiis asaph: su-
per quem factus est spiritus domini in medio
turbe et ait. **A**ttendite omnes iuda et
q- habitatis in iherusalem tu rex iosaphat
Dec dicit dominus vobis. **N**olite timere
nec paueatis hanc multitudinem.

Non est enim vestra pugna sed dei. **C**ras descen-
detis contra eos. **A**scensuri enim sunt per
diuum nomen sis et inuenietis illos
in summitate torrens q- est contra soli-
tudinem iherusalem. **N**on enim eritis vos
q- dimicabitis. sed timore et confidente
state et videbitis auxilium domini super
vos. **O** iuda et iherusalem nolite timere
nec paueatis: cras egrediemini con-
tra eos et dominus erit vobiscum. **I**osa-
phat ergo et iuda et omnes hitato-
res iherusalem ceciderunt primi in terra co-
ram domino et adorauerunt eum. **P**orro
leuite de filiis caath et de filiis cho-
re laudabant dominum deum israel voce
magna in excelsu. **C**unq; mane sur-
rexissent egrediuntur per desertum the-
cue: profectusq; eis stans iosaphat
in medio eorum dixit. **A**udite me vi-
ri iuda et omnes habitatores iheru-
salem. **C**redite in domino deo vestro et
securi eritis. credite prophetis eius et cum
contra eueniet preperam. **D**edit consilium po-
pulo et statuit cantores domini ut lau-
darent eum in turmis suis et ante
cederet exercitum ac voce consona di-
cerent. **C**onfitemini domino: quoniam
in eternum misericordia eius. **C**unq;
cepissent laudes canere vertit do-
minus insidias eorum in semetipsos
filiorum scilicet ammon et moab et motis
seir q- egredi fuerant ut pugnarent con-
tra iudam et percussi sunt. **N**amq; filii
ammon et moab consurrexerunt aduer-
sum hitatores motis seir ut interfi-
cerent et deleterent eos. **C**unq; hoc ope-
re preperissent etiam in semetipsos
si mutuisq; occidere vulneribus. **P**or-
ro iudas cum venisset ad speluncam q- re-
spicit solitudinem vidit paulo oculo la-
te regionem plenam cadaueibus: nec su-
pererat quemq; q- nec potuisset euadere.

Venit ergo iosaphat et omnes principes cum eo ad detrahenda spolia mortuorum. inueneruntque inter cadauera varia; suppellectilez. vestes quoque et vasa pretiosissima et diripuerunt ita ut omnia portare non possent nec per tres dies spolia auferre preter de magnitudine. Die autem quarto congregati sunt in valle benedictionis. Et cum ibi benedixerunt domino vocauerunt locum illum vallis benedictionis usque in presentem diem. Reversusque est omnis vir iuda et hitatores iherusalem et iosaphat ante eos in iherusalem cum leticia magna eo quod dedisset eis dominus gaudium de inimicis suis. Ingressique sunt in iherusalem cum psalterijs et citharis et tubis in domum domini. Ieruit autem pauor domini super universa regna terrarum cum audissent quod pugnasset dominus contra inimicos israel. Quievitque regnum iosaphat et prebuit ei pacem dominus per circuitum. Regnavit igitur iosaphat super iudam et erat trigintaquingque annorum cum regnare cepisset. Viginti autem et quinque annis regnavit in iherusalem et nomen matris eius azuba filia selachi. Et ambulavit in viis patris sui asa nec dedinavit ab ea facies que placita erant coram domino. Verumtamen excelsa non abstulit et adhuc principes non direxerunt cor suum ad dominum deum patrum suorum. Reliqua autem gestorum iosaphat priorum et novissimorum scripta sunt in libro iehu filij anani qui digessit in libro regum israel. Post hec inijt amicitias iosaphat rex iuda cum ochozia rege israel cuius opera fuerunt impiissima et particeps fuit ut faceret naues que irent in tharsis: feceruntque classez in asiongaber. Pro-

phavit autem eliezer filius dobau de maresa ad iosaphat dicens Quia habuisti sed cum ochozia. percussit dominus opera tua contriteque sunt naues nec potuerunt ire in tharsis.

Omnium autem **C**api. xxi. iosaphat cum principibus suis et sepultus est cum eis in civitate david. regnavitque ioram filius eius pro eo. Qui habuit fratres filios iosaphat azariam et iahihel et zachariam et azariam et michahel et saphacia. Omnes hi filij iosaphat regis iudae. Deditque eis pater suus multa munera argenti et auri et pectorales cum civitatibus multissimis in iuda. regnum autem tradidit ioram eo quod esset primogenitus. Surrexit autem ioram super regnum patris sui. Cumque se confirmasset occidit omnes fratres suos gladio et quosdam de principibus iudae. Triginta duorum annorum erat ioram cum regnare cepisset et octo annis regnavit in iherusalem ambulavitque in viis regum israel sicut egerat domus achab. Filia quippe achab erat uxor eius. Et fecit malum in conspectu domini. Noluit autem dominus disperdere domum david propter pactum quod iniecit cum eo. et quia promiserat ut daret ei lucernam et filijs eius in omni tempore. In diebus illis rebellavit edom ne esset subditus iude et constituit sibi regem. Cumque transiret ioram cum principibus suis et cuncto equitatu qui erat secum surrexit nocte et percussit edom qui se circumdederat et omnes duces equitatus eius. Attamen rebellavit edom. ne esset sub ditione iudae usque ad hanc diem. Eo tempore et lobna recessit ne esset sub manu illius. De reliquit enim dominum deum patrum suorum

in sup a excelsa fabricatus ē in vr
bib⁹ iuda: a fomicari fecit hitato
res ihrlm a puaricari iudā. Alla
te sūt aut ei littere ab helia ppha
in quib⁹ scrip tū eāt. **H**ec dicit do
min⁹ d⁹ dauid patris tui. Quom
am nō ābulasti in vijs iosaphat
p⁹is tui a i vijs asa regis iuda. s
incessisti p iter regū isrl a formica
ri fecisti iudā a habitatoēs iheru
salē: pmitat⁹ fornicatiōez domus
achab: in sup a frēs tuos domum
patris tui meliores te occidisti: ce
ce dñs percutiet te plaga magna
cū populo tuo a vxorib⁹ a filiis tu
is vniuersaq³ substantia tua. **T**u
autē egrotabis pessimo languoē
vteri donec egrediant⁹ vitalia tua
paulatim p singulos dies. **S**usci
tauit ergo dñs cōtra ioram spm
philistinoz a arabū qui ofines
funt ethiopib⁹ a ascenderūt in ter
rā iuda a vastauerūt eā. **D**iripu
eruntq³ cunctas substantiā que in
uenta est in domo regis in sup et
filios ei⁹ a vxores. **N**ec remansit ei
fili⁹ nisi ioacham q³ minim⁹ natu
erat. **E**t sup hec omia percussit eum
dñs alui languore insanabili. **C**ū
q³ diei succederet dies a tēpōz spa
cia voluerent: duoz ānoz exple
tus est circū a sic longa consūp
tus tale: ita ut egeret etia visce
ra sua languore parit a vita caru
it. **M**ortuusq³ est infirmitate pessi
ma a nō fecit ei ppl s fm morē cō
bustionis exeqas sicut frāt ma
iorib⁹ ei⁹. **T**rigintaduoz ānoz fu
it cū regre cepiss³ a octo ānis reg
uit in iherlm. **A**mbulauitq³ nō re
cte a sepeliert eū i citate dauid ve
rūtū nō i sepulchro regū. **C**a. xxiij.

Constituerūt autē hitatores
iherlm ochoziam filiū ei⁹ mi
nimū regē p eo. **O**ēs enī maiores
nati qui ante euz fuerāt interfecer
ant latrones arabum qui irruer
rāt in castra. **R**egnavitq³ ochoz
as fili⁹ ioram regis iuda. **Q**uadē
gintaduoz annoz erat ochoz
as cū regnare cepiss³ a vno āno
regnavit in iherlm et nomē mris
ei⁹ athalia filia amri. **S**ed a ipse in
gressus est p vias dom⁹ achab.
Mater enī eius impulit eū ut im
pie ageret. **F**ecit igitur malū in
cōspectu dñi sicut domus achab.
Ipsi enī fuerunt ei cōsiliarij post
mortē p⁹is sui in interitū eius am
bulauitq³ in cōsilijs eo⁹. **E**t ptre
xit cū ioram filio achab rege isrl
in bellū cōn asahel regē syrie in ra
moth galaad vulnerauertq³ sy
ri ioram. **Q**ui reuersus ē ut curā
tur in ierusalem. **M**ultas enī pla
gas accepit in sup dicto certami
ne. **I**git⁹ ochozias fili⁹ iorā rex iu
da descendit ut miseret iorāz filiū
achab in ierusalem egrotātē. **V**olū
tatis q³pe fuit dei adūs⁹ ochozia
ut vitz ad iorā. **E**t cū vills³ a egre
deret cū eo adūsū iehu filiū namsi
quē vixit dñs ut deleter domum
achab. cū g³ euerteret iehu domum
achab iueit pncipes iuda a filios
fratū ochozie q³ ministrabāt ei a
interfecit illos. **I**psūq³ pquies och
zia cōpēdit latitātē in samala ad
ducūq³ ad se occidit a sepeliert
cū eo q³ ess³ fili⁹ iosaphat q³ q³ie
rat dñs i toto corde suo. nec eāt vl
tē spes aliq³ ut de stirpe q³s regret
ochozie. **S**i q³dez mē ei⁹ athalia vi
des q³ mortu⁹ eēt fili⁹ su⁹: surrexit

et interfecit omnem stirpem regiam domum ioraz. Porro iosabeth filia regis tulit ioas filium ochozie et suam ta est eum de medio filiorum regis cum interficeretur absconditus eum cum nutrice sua in cubiculo lectulorum. **I**osabeth autem que absconderat eum erat filia regis ioraz vxor ioiade pontificis soror ochozie et idcirco athalia non interfecit eum. Fuit ergo cum eis in domo dei absconditus sex annis quibus regnavit athalia super terram. **Capi. xliij.**

Anno autem septimo confortatus ioiada assumpsit centuriones azariam vicem filium ieroboam et ysmael filium iohanan. azaria quoque filium obed. et maasiaz filium adaie. et elisaphat filium zechri et misit cum eis fedus. Qui circumuehentes iudam congregauerunt leuitas de cunctis viribus iuda et principes familiarum israel veneruntque in iherusalem. Misit ergo omnis multitudo pactum in domo dei cum rege. Dixitque ad eos ioiada Ecce filius regis regnabit sic locutus est dominus super filios dauid. **I**ste est sermo quem facietis. Tertia pars vestrum qui veniunt ad sabbatum sacerdotum et leuitarum et iamitorum erit in portis. tertia vero pars ad domum regis et etiam ad portam quam appellat fundamētum. **O**mnis vero reliquum vulgus sit in atrijs domus domini nec quispiam alius ingrediat domum domini nisi sacerdotes et qui ministrant de leuitis. **I**psi tamen modo ingrediatur quia sanctificati sunt et omne reliquum vulgus obseruet custodias domini. **L**euite autem circumdant regem habentes singuli arma sua et si quis alius ingressus fuerit templum interficiatur. sintque cum

rege et intrante et egrediente. **F**ecerunt ergo leuite et vniuersus iuda iuxta omnia que preceperat ioiada pontifex. **E**t assumpserunt singuli viros qui sibi se erant et veniebant per ordinem sabbati cum hijs qui impleuerant sabbatum et egressi erant. **S**i quis de ioiada pontifex non dimiserat abire turmas que sibi per singulas ebdomadas succedere consueuerant. **P**editque ioiada sacerdos centurionibus lanceas dapesque et peltas regis dauid quas consecreauerunt in domo domini. **C**onstituitque omnes populum tenentium pugiones a parte templi dextra usque ad partem templi sinistram. coram altari et templo per circuitum regis et eduxerunt filium regis et imposuerunt ei diadema et testimonium dederuntque in manu eius tenendam legem et constituerunt eum regem. **V**enitque illud ioiada pontifex et filij eius imperati quoque sunt ei atque dixerunt **V**ivat rex. **Q**uod cum audisset athalia vocem sequentium atque laudantium regem ingressa est ad populum in templum domini. **C**umque vidisset regem stantem super gradum in introitu et principes turmasque circa eum. **O**mnemque populum terre gaudentem atque clangentem tubis et diuersi generis organis continentem. vocemque laudantium scidit vestimenta sua et ait **I**nfi die. infidie. **E**gressus autem ioiada pontifex ad centuriones et principes exercitus dixit eis. **E**ducite illam ex septa templi et interficiat foris gladio. **P**recepitque sacerdos ne occideretur in domo domini. **E**t imposuerunt cervicibus eius manus. **C**umque intrasset portam eam domus regis interfecerunt eam ibi. **P**epigit autem ioiada fedus iter se vniuersumque populum et regem ut esset

pp̄ls dñi. Itaq; ingress⁹ ē oīs pp̄ls
domū baal ⁊ destruxerūt eā ⁊ alta
ria ⁊ simulachra illi⁹ ⁊ fregērūt ma
thāq; sac̄dotē baal interfecerūt añ
aras. Constituit aut̄ ioiada p̄po
sitos i domo dñi ⁊ s̄b manib⁹ sac̄
dotū ⁊ leuitarū: q̄s distribuit da
uid in domo dñi: ut offererēt holo
causta dñi sic scriptum ē in lege
moysi: i gaudio et canticis inx̄ dis
p̄icōez dauid. Constituitq; iamito
res i portis dom⁹ dñi: ut nō ingre
deret eā immūd⁹ in oī re. Assump
sitq; cēturiōes ⁊ fortissios viros
ac p̄ncipes pp̄li ⁊ oē vulg⁹ terre ⁊
fecerūt descendere regē de domo dñi
⁊ itroire p̄ mediū porte sup̄ioris i
domū regis ⁊ collocauerūt eū i so
lio regali. Letat⁹ q; ē oīs pp̄ls ter
re ⁊ vrbs q̄euit. Porro athalia i
terfeta est gladio. **Ca. xliij.**
Sep̄tē añoz erat ioas cū regē
re cepiss⁹: ⁊ q̄draginta ānis
reguit in iherl̄m. Nomē m̄ris eius
sebia de bersabee. Fecitq; qd bo
nū ē corā dñi cūctis dieb⁹ ioiade
sac̄dotis. Accepit aut̄ ei ioiada vx
ores duas: e q̄b⁹ genuit filios et
filias. Post q̄ placuit ioas ut in
stauraret domū dñi: gregauitq;
sac̄dotes ⁊ leuitas ⁊ dixit eis Egre
dimi ad citates iuda ⁊ colligite de
vniuerso isrl̄ pecuniā ad sartate
da tēpli dei nostri p̄ singulos an
nos festinato q; h⁹ facite. Porro le
uite egere negligēt⁹. Vocauitq;
rex ioiada p̄ncipē ⁊ dixit ei. Quae
tibi nō fuit cure ut cogēs leuitas
iferre de iuda ⁊ de iherl̄ pecuniā q̄
⁊stituta ē a moyse suo dñi: ut in
ferret eā oīs multitudo isrl̄ i tab
naculū testionij. Athalia ei im

pijsiā ⁊ filij ei⁹ destruxerūt domū:
si ⁊ de vniuers⁹ q̄ s̄cificata fuerūt
i tēplo dñi ornauerūt phanū baa
li. Precepit ḡ rex ⁊ fecerūt archas
posuerūtq; eā inx̄ portā dñi forise
e⁹. Et predicatū ē in iuda ⁊ iherl̄m
ut defererēt singuli p̄ciū dñi qd cō
stituit moyses seru⁹ dei sup̄ oēm
isrl̄ in deserto. Letatiq; sūt cūcti p̄n
cipes ⁊ oīs pp̄ls: ⁊ ingressi ⁊ tulerūt
in archā dñi atq; miserūt ita ut im
pleret. Cūq; tps eēt ut deferrent
archā corā rege p̄ man⁹ leuitarū:
videbāt ei multā pecuniā: ingredi
ebat scriba regis ⁊ quē p̄m⁹ sacer
dos ⁊stituerat effūdebātq; pecuniā
q̄ erat in archa. Porro archā t̄por
tabāt ad locū suū: sicq; faciebāt
p̄ singulos dies. Et gregata ē in
finita pecuniā quā dederūt rex ⁊ io
iada h̄is q̄ p̄erant opib⁹ domus
dñi. At illi ⁊ducebāt ex ea cetoēs
lapidū ⁊ artifices operū singulo
rū: ut instauraret domū domi: fa
brosq; ferri ⁊ eris ut qd cadē ce
perat fulciretur. Egerūtq; h̄ij qui
opabant i industrie ⁊ obducebat
parietū cicatrix p̄ manuseoz: ac
fiscitauerūt domū dñi in statū p̄
stinū ⁊ firmē eaz stare fecerūt. Cū
q; ⁊plessent ōia opa detulerūt co
rā rege ⁊ ioiade reliquā p̄tē pecūie
de qua fca sūt vasa tēpli in miste
riū ad holocausta: fialeq; ⁊ ceterā
vasa aurea ⁊ argentea. Et offere
bantur holocausta i domo dñi in
gitez cūctis dieb⁹ ioiade. Senuit
autē ioiada plenus dieb⁹ ⁊ mor
tu⁹ est cum cētumtriginta ess⁹ an
nois: sepelieruntq; eum in ciuita
te dauid cū regibus eo q̄ fecisset
bonū cum isrl̄ ⁊ cum domo eius.

Postq̄ autē obiit ioiada ingres-
si sunt principes iuda et adorauerūt
regem. Qui delimit obsequijs eo-
rū acq̄uit eis. Et dereliquit tēplū
dñi dei p̄m suoz seruierūtq; lucis
et sculptilibz et facta est ira contra
iudā et iherlm̄ ppter hoc p̄c̄m. Mit-
tebatq; eis p̄phas ut reuertērent
ad dñm quos p̄stantes illi au-
dire nolebāt. Spūs itaq; dei idu-
it zachariā filiū ioiade sacerdotē
et stetit in asp̄cū populi et dixit eis
Hec dicit de⁹. Quare trāsgredimī
p̄ceptum dñi qd vobis non p̄deit
et dereliquistis dñm ut derelinq̄r-
etis. Qui congregati aduersus eū mi-
serūt lapides iuxta regis imperiū
in atrio dom⁹ dñi. Et non est recor-
datus ioas rex misericordie quā
fecerat ioiada p̄f̄ illi⁹ secū s; inē-
fecit filium ei⁹. Qui cū moreretur
ait. Videat dñs et requirat. Cumq;
euolut⁹ eēt annus ascendit cōtra
eū exercit⁹ sirie venitq; in iudam
et iherlm̄ et interfecit cunctos p̄ci-
pes populi atq; vniūsam p̄dam
miserūt regi in damascuz. Et certe
cū p̄modicus venisset nūerus si-
roz tradidit dñs manib⁹ eoz i
funtam multitudīe; eo q; dereliquis-
sent dñm deū pat̄z suoz. In ioas
quoq; ignominiosa exercit⁹ indi-
cia et abscutes dimiserunt eū in la-
guorib⁹ magnis. Surrexerūt au-
tē cōtrē eū serui sui in vltionē sā-
guinis zachariē filij ioiade sacer-
dotis et occiderūt eū in lectulo suo
et mortu⁹ est sepelierūtq; illū in ci-
uitate dauid sed nō i sepulchris
regū. Infidiati v̄eo sūt ei zabath
filius semath amantidis et iosa-
bat filius semarith moabitidis.

Porro filij ei⁹ ac sūma pecunie q̄
adunata fuerat sub eo. et instau-
ratō dom⁹ dei scripta sūt diligēti-
us in libro regū. Regiuit at̄ ama-
sias fili⁹ eius p̄ eo. **Ca. xxv.**

Agintiq;q; ānoz eāt ama-
sias cū regnare cepisset et vi-
gintinouē ānis regnauit i iheru-
salē. Nomē m̄ris ei⁹ ioiaden de ihe-
rusalē. Fecitq; bonū in asp̄cū do-
mini verūtū non in corde p̄f̄cto.
Cūq; robōātū sibi videret impiū
ingulauit fuos q̄ occiderāt regē
p̄m suū. s; filios eoz nō inter-
fecit. sicut scriptū ē in libro legis
moysi vbi p̄cepit dñs dicēs. Nō
occident patres p̄ filiis neq; filij
p̄ p̄ribus suis sed vnusquisq; in
p̄c̄o suo moriet̄. Cōgregauit igit̄
amasis iudā et constituit eos p̄ fa-
milias tribunosq; et cēturiōes in
vniuerso iuda et beniamin et recē
fuit a viginti ānis fur sū. inueniē-
tq; triginta milia iuuenū q̄ egrede-
rētur ad pugnam et tenerēt ha-
stam et clipeū. Mercede quoq; addu-
xit de isrl̄ centū milia robustoz cē-
tum talentis argētī. Venit aut̄ ho-
mo dei ad illū et ait. O rex ne egre-
diatur tecū exercit⁹ isrl̄. Nō ē cū
dñs cū isrl̄ et cūctis filiis ephra-
im. **Qd** si putas in robore exerci-
tū bella consistere superari te faciet de-
us ab hostib⁹. Dei quippe ē et ad-
iuuare et i fugā cōvertere. Dixitq;
amasis ad hominem dei. Quid ergo
fiet de centū talentis que dedi mi-
litib⁹ israhel. Et r̄ndit ei homo dī
Habet dñs vnde tibi dare possit
multo h̄is plura. Sepauit itaq;
amasis exercitū qui venerat ad
eū ex ephraim ut reuertē i locū

suū. **A**t illi cōn in dā uelēmē irati:
reūsi sūt i regiōez suā. **P**orro ama
fias cōfideē eduxit pplm suū a bñe
i vallē salimaz p cussitqz filios seir
decē milia. **E**t alia decē milia viroz
ceperēt filij iuda a ad duxerūt ad p
ruptū cuiusdā petre p cipitauerūt
qz eos de fumo i p ceps q vniuersi
crepuerūt. **A**t ille exiit qz ē mīse
rat amafias ne secū iret ad plinz
diffusus ē i citatibz iuda a sama
riavsqz ad bethzō: a infēdis tri
bz milibz diripiūt p dā magnam
Amafias qz pt cē p dumeoz et
allatos deos filioz seir statuit il
los i deos sibi a adorabat eos a il
lis adolebat incēfū. qz obrez irat
dñs cōn amafiā mīse ad illuz p
phaz q dicēt ei. **C**ur adorasti dōs
q nō liberauerūt pplm suū de māu
tua. **C**ūqz hec ille loqretz rēdit ei.
Nū cōsiliari regis es. **Q**ui esce ne
iterficiā te. **D**escēdesqz ppha scio in
qz q cōgitauerit dñs occidē te q
a fecisti hō malū a insup nō acq̃e
uisti cōsilio meo. **I**git amafias rex
iuda imito pessiō cōsilio: mīse ad
ioas filiū io achā filij iehu regēz
isrl dicēs. **V**eni videam⁹ nos mu
tuo. **A**t ille remīse nūcios dicens
Cardu⁹ q ē in libano mīse ad cē
dēū libanū dicēs **D**a filiā tuā filio
meo vxorē. **E**t ecce bestie q erāt in
silua libanū trāsie sūt a oculeaue
sūt carduū. **D**ixisti p cussi edō: et
idcirco erigit cor tuū in supbiāz.
Sede i domo tua. **C**ur malū aduer
sum te puocas ut cadas a tu a iu
das tecū. **N**oluit audire amafias
eo q dñi eēt volūtas ut tradētur
in man⁹ hostiū p p deos edom. **A**s
cēdit igit ioas rex isrl a mutuos

sibi p buere cōspect⁹. **A**mafias autē
rex iuda erat in bethsames iude.
Corruitqz iudas corā isrl a fugit
in tabnacula sua. **P**orro amafiaz
regē iuda filiū ioas filij ochozie
cepit ioas rex isrl i bethsames: a
ad duxit in iherlm: a destruxitqz mu
rū ei⁹ a porta ephrīm vsqz ad por
tā anguli q d rīngētis cubitis. **O**ē
qz auz a argētū a vniūsa vasa q
reperat i domo dei a apud olede
dom in thesauris etiā dom⁹ regia
nec nō a filios obsidū reduxit in
samariā. **V**ixit at amafias filius
ioas rex iuda: post q mortu⁹ ē io
as fili⁹ io achas rex isrl: qñdecim
annis. **R**eliq autē sermonū ama
fie pōz a nouissimoz scripta sūt
in libro regū iuda a isrl. **Q**ui post
q recessit a dñō tēdēerūt ei insidi
as in iherlm. **C**ūqz fugissz lachis
miserūt a iterfecerūt eū ibi reportan
tesqz sup eqs sepelierūt eū cū pūbz
suis i citate dauid. **C**a. xxvi.

Oanis at ppls iuda filiū ei⁹
oziaz āno 2 sedē cōstituit re
gez p amafia pte suo. **I**pē edifica
uit ahiat a cōstituit eā dīcōi inde
post q dormiuit rex cū pūbz suis.
Sedē āno 2 eāt ozias cū regre ce
pissz a quinqz gītaduob⁹ ānis reg
uit in iherlm. **N**omē mīs ei⁹ iecelia
de iherlm. **F**ecitqz qd eāt rēm i ocu
lis dñi iux oīa q fecerat amafias
p ei⁹ a exq̃siuit dñm in diebz za
charie intelligētis a vidētis deuz.
Cūqz regreret dñm direxit eum in
ōmbz. **D**emqz egressus ē et pug
nauit cōtra philistīm a destruxit
murum geth. a murum iammie.
murumqz azoti. **E**dificauitqz opi
dā i azoto a philistīm a adiunxit

eū de⁹ cōtra philistiīm a cōi ara
bas qui hītabant in gurbā et
cōi amonitas. Appēdebātq; am
monite mūera ozie a diuulgatū
ē nomē ei⁹ vsq; ad introitū egyp
ti ppter crebras victorias. **E**difica
uitq; ozias tures in iherlm super
portaz anguli a sup portaz vallīs
a reliqs in eodē muri latere firma
uitq; eas. **E**rtūxitq; tures in soli
tudine a effodit cisternas pluri
mas eo q; hēret multa pecora taz
in campestrib⁹ q; in heremi vasti
tate. **V**ineasq; habuit a vimito
res in montib⁹ a in carmelo. **E**rat
q; homo agricultore dedit⁹. **F**u
it autē exercit⁹ bellatoz eius q; p
cedebant ad plia sū manu iehiel
scribe. maasieq; doctoris et sū ma
nu ananie q; erat de ducib⁹ regis.
Oisq; numer⁹ pncipum p famili
as viroz fortium duocū miliam
secentoz a sū eis vniuersus exer
cit⁹ trecentoz a septē milia q; gē
tū qui erāt apti ad bella a p re
ge cōi adūsarios dimicabant.
Prepauitq; eis ozias id ē cūcto
exercitū dipeos a hastas a gale
as a loricas arcusq; a fūdas ad
iatiēdos lapides a fecit in iherlm
diuersi generis machias q; s i tur
rib⁹ collocauit a in āgulis muro
rum ut mitterēt sagittas et saxa
grādia. **E**gressumq; ē nomē ei⁹ p
aul eo q; auxiliaret ei dñs a corro
borass illū. **S**ed cū roborat⁹ esset
eleuatū ē cor ei⁹ in interitū suū et
neglexit dñm deū suū ingressusq;
templū dñi adolere voluit incensū
sup altare thimiamatis. **S**tatiq;
ingressus p⁹ eū azarias sacerdos
q; cū eo sacerdotes dñi octuagita

viū fortissimi resisterūt regi atq; dī
xerūt. non ē tui officij ozia ut ad
oleas incensū dñō s; sacerdotū h⁹
ē filioz aaron qui cōsecrati sūt ad
huiusce mōi mīsteriū. **E**grede de
sāduario ne cōtempseris q; non
reputabit tibi in glīam hoc a do
mino deo. **I**ratuq; ozias a tenēs
in manu turibulū ut adole ret icē
sum minabat sacerdotib⁹. **S**tatiq;
orta ē lepra in frōte eius corā sa
cerdotib⁹ in domo dñi sup altare
thimiamatis. **C**ūq; resperisset cū
azarias pontifex a ones reliq; sac
dotes. viderūt leprā in fronte ei⁹
a festinato expulerūt eum. **S**z et
ipē pterit⁹ accelerauit egredi co
q; sēisset ilico plagam dñi. **F**uit
igitur ozias rex leprosus vsq; ad
diem mortis sue a hitauit i domo
sepata. plen⁹ lepr⁹ ob quā cieat⁹
fueāt de domo dñi. **P**orro ioathā
filius ei⁹ rexit domū regis et iudi
cauit pplm terre. **R**eliq; aut sermo
nū ozie prior a nouissimū scrip
sit ysaias fili⁹ amos p ha. dormi
uitq; ozias cū pūb⁹ suis a sepelie
runt eū in agro regaliū sepulcro
rum eo q; ess; leprosus reguitq;
ioathā fili⁹ ei⁹ p eo. **Ca. xxxij.**
Aginti q; q; ānoz erat ioa
thā cū regre a piss; a sedec;
annis regnauit in iherlm. nomē
mātis eius iherusa. filia sadoch. **F**e
citq; qd rectum eāt corā dñō iux
ōma q; fecerat ozias pater su⁹ ex
cepto q; nō est ingressus tēplū do
mini a adhuc p pul⁹ delinqbat
Ipse edificauit portaz dom⁹ dñi
excelsam a i muro opitel mlta cō
struxit. **V**itesq; edificauit i mōti
b⁹ iuda a i saltib⁹ castella a tures

Ipse pugnit cō regē filioꝝ achi-
mōꝝ viciit eū. **D**ederūtq; ei filij am-
mon in tpe illo centū talēta argē-
ti: a decē milia choros tritici: ac to-
tidē choros ordi. **H**ec ei prebuerūt
filij ammon: in āno secūdo a tercio.
Corroborat⁹ q; ē ioathā: eo q; di-
rexiss; vias suas corā dño do suo
Reliq; autē fmonū ioathā a oēs
pugne ei⁹ a opa scripta sunt in li-
bro regū isrl a iuda. **V**iginti quī
q; ānoꝝ erat cū regnare cepisset
a sedē ānis reguit in iherlm. **D**or-
miūtq; ioathan cū pūb⁹ suis: et
sepelieūt eū in ciuitate dauid: et
regnauit achā fili⁹ ei⁹ p eo.

Igitū ānoꝝ erat **Ca. xxviii.**
achāz cū regnare cepiss; et
sedē ānis reguit in iherlm. **N**ō
fecit rectū in cōspectu dñi sicut da-
uid pat⁹ ei⁹. **S** abulauit in vijs re-
gum isrl: insuper a statuas fudit
baalim. **I**pse est q; adoleuit in cēfū
i valle bennō a lustrauit filios su-
os in igne: iux ritū gentiū quas i-
terfecit dñs in aduentu filioꝝ is-
rahel. **S**acficabatq; a thimiama
succendebat i excelsis a in collib⁹
a sub omī ligno frondoso. **T**radi-
ditq; eū dñs de⁹ ei⁹ in manu regis
sirie: q; percussit eū magnāq; pdaꝝ
cepit de ei⁹ impio a adduxit in ba-
mascū. **M**amib⁹q; regis isrl tradi-
tus ē a percussus plaga grādi. **O**c-
ciditq; phacee fili⁹ romelie de iu-
da centū viginti milia in die vno
oēs viros bellatores: eo q; reliq; s-
sent dñm deū pīm suoz. **E**odē tpe
occidit zechri vir potēs ex ephē
im maasā filiū regis a ezriā du-
cē dom⁹ eius: helcanāq; secūdū a
rege. **C**eperūtq; filij isrl de srib⁹ su-

is ducēta milia mulierū pueroꝝ
a puellaꝝ a infinitaꝝ pdaꝝ ptule
eūtq; eā in samariaꝝ. **E**a tēpestate
erat ibi pphā dñi noie obed qui
egressus obuiā exercitui veniēti i
samariā dixit eis. **E**cce iratus dñs
de⁹ patrē vroz cō iudā: tēdidit
eos manib⁹ vestris a occidisti eos
atrociter ita ut ad celū ptingeret
vrā crudelitas. **I**nsup filios iuda
a iherlm vultis vob subicere i ser-
uos a ancillas: q; nequaq; factō
op⁹ est. **P**eccastis em sup hoc do-
mino deo nrō. **S** audite cōsilium
meū et reducite captiuos q; ad-
duxistis de fratrib⁹ vris. q; mag-
nus furor dñi imminet vob. **S**te-
terūt itaq; viri de pñcipib⁹ filioꝝ
ephrāim. azarias fili⁹ iohānan
barachias fili⁹ mosollāoth. eze-
chias fili⁹ sellū a amasias filius
hadali. cō eos qui veniebāt de
prelio a direxūt eis: nō introduce-
tis huc captiuos ne peccem⁹ do-
